



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

XXI. Vt presbyteri, aut diacones, qui ad alia loca se transferunt,
deponantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

Si tamen non potuerit septem , infra tres non au- ANNO
deat ordinare. CHRISTI
314.

XX I.

Iuo P. VI.
cap. 172. De presbyteris , aut diaconibus , qui solent di-
mittere loca sua in quibus ordinati sunt , & ad alia
loca se transferunt , placuit ut eis locis ministrant ,
quibus præfixi sunt. Quod si relictis locis suis ad a-
lium se locum transferre voluerint , deponantur.

XX II.

De his qui apostatant , & nunquam se ad Eccle-
siam repræsentant , ne quidem pœnitentiam agere
quærunt , & postea infirmitate arrepti petunt com-
munionem ; placuit eis non dandam communio-
nem nisi reualuerint , & egerint dignos fructus pœ-
nitentiæ.

¹⁰ Nomina Episcorum cum clericis suis , quinam , & ex quibus
prouinciis ad Arelatensem Synodus conuenerint.

^m C H R E S T V S Episcopus , Florus diaconus , ex ciuitate Syracu-
sanorum , prouincia Sicilia .
Proterius Episcopus , Agrippa & Pinus diacones , de ciuitate Ca-
puensium , prouincia Campania .
Pardus Episcopus , Crescens diaconus , de ciuitate Arpiensium , pro-
uincia Apulia .
Theodorus Episcopus , Agathon diaconus , de ciuitate Aquileiensi ,
prouincia Dalmatia .
Claudianus & Vitus presbyteri , Eugenius & Cyriacus diacones , ex
vrbe Roma misi a Siluestro Episcopo .
Merocles Episcopus , Seuerus diaconus , de ciuitate Mediolanensi ,
prouincia Italia .
Oresius Episcopus , Nazarius lector , de ciuitate Massiliensi , pro-
uincia Viennensi .
Marinus Episcopus , Salamas presbyter , Nicasius , Afer , Vrfinus , &
Petrus , diacones , de ciuitate Arelatensum , prouincia Viennensi .
Verus Episcopus , Bedas exorcista , de ciuitate Viennensi , prouincia
supralcripta .
Dafnius Episcopus , Victor exorcista , de ciuitate Vafenisi , prouincia
Viennensi .

Fausti-